

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Presumptio a cum uariis

Aliter aliquid sapere quam res se habet humana temptatio est. Nimis autem amando sententiam suam uel inuidendo melioribus usque ad precidende communionis et condendi scismatis uel heresis sacrilegium peruenire dyabolica presumptio est. In nullo autem aliter sapere quam res se habet angelica perfectio est. Vita itaque homines sumus, sed spe angeli sumus quibus equales in resurrectione futuri erimus. Quamdiu ergo non habemus perfectionem angeli, non habeamus presumptionem dyaboli.

Augustinus de baptismo contra Donatistas libro II.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

autem] aut B; precidende] presidende B; scismatis] cismatis C M, sismatis V¹; erimus] sumus P V¹ V² L¹ L²; habemus] per *add.* M, angeli *add. (del. infra.)* M; donatistas] donatistam (*cor. infra*) M